

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus Caput 15: De die finalis iudicii (9)

Bernardus:

Quis erit tibi pavor, anima mea, quando dimissis omnibus,
que in seculo tam vehementer amabas,
in ignotam penitus intraveris regionem.

Quis tibi in die tante necessitatis occurret?
Quis te deducet?
vel quis te defendet a rugientibus preparatis ad escam?

Dicentes: deus dereliquit eum,
persequimini et comprehendite eum,
quia non est qui eripiat.

O si tunc tibi placatus advenerit
Ihesus clamanti utique voce grandi festina domine occurrere,
bone Ihesu:

Eripe me de inimicis meis, deus meus.

Quis ille pavor erit, o anima mea, cum, dimissis omnibus,
quorum tibi est praesentia tam iucunda,
tam gratus aspectus, cohabitatio ipsa tam familiaris,
sola egrediens in incognitam penitus regionem,
occursantia tibi catervatim ruere teterrima illa monstra videbis?
Quis tibi in die tantae necessitatis occurret?

←

Quis tuebitur a rugientibus praeparatis ad escam?
Quis consolabitur?
Quis deducet?

→

Bernardus, *Sermones* 28.6 (SBO 6.1, p.208, ll.11-17).

Dicentes: deus dereliquit eum,
persequimini et comprehendite eum,
quia non est qui eripiat. (Psa. 70:11)

[fons nondum repertus]

Eripe me de inimicis meis deus meus
et ab insurgentibus in me libera me. (Psa. 58:2)